



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Hora VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

divinam & cogitare, sicut in oratione nos loqui-
mur cum Deo, ita in priorum librorum lectione,
Deum loqui nobiscum: dicendum igitur ante le-
ctionem cum Samuele: loquere Domine quia au-
dit servus tuus: post tandem gratia agenda pro in-
structione & lumine; tuiresque petenda pro le-
ctorum adimplerione.

H O R A IV. & V.

Studium, lectio, scriptio, veluti manè ad ho-
ram X. expositum est, aliave occupationes neces-
sariae aut utiles pro cuiusque officio.

H O R A VI.

Duabus horis studio impensis, aliquantulum
respira, ne nimis diu ad laborem studiorum in-
cumbas. Recitari possunt Rosaria, aliave parva
officia, aut preces pro diversitate anni temporum
aut dierum. Nunc lege, nunc ora, nunc cum fer-
vore labora: sic erit hora brevis: sic labor ipse levis.

H O R A VII.

A medio septimè, vel horâ septimâ ad octa-
vam cœna & relaxatio animi nonnulla, iuxta
praxes ad horam XI. XII. signatas.

H O R A VIII.

Recita litanias de omnibus Sanctis: idque ut
cum majore devotione peragas: prosternete co-
ram sanctissima Trinitate, in cœlesti regno, cir-
cumdatâ innumerâ multitudine Angelorum &
San-

ac cum illis eandem sub initium supplex adora,
 pro beneficiis gratias age, pro te, alijs que veniam,
 gratiam, perseverantiam, gloriam, unisco quasi
 gemitu exposce: deinde Sanctorum per ordinem
 patrocinium invoca, ac varia sub Litaniarum
 finem pro te & Ecclesia militante postula, per
 Christi Domini, B. V. & SS. merita.

A I. quadrante ad II. examen particulare
 insitue, defectus commissos, aut actus virtutum
 elicitos in libello ad hoc preparato annota, juxta
 praxin notatam ad horam I. Deinde pro sequen-
 ti die materiam meditationis relege, eamque me-
 moria ruditer manda; Denique si tempus super-
 sit lege capitulum e libello Thoma de Kempis de
 imitatione Christi, nisi mane a Sacro legeris.

A II. ad III. quadrantem discute conscien-
 tiam per examen generale singulas diei horas
 percurrendo, & loca in quibus
 versatus es.



Y

EXA-